

misé-ricors, et miserátor, et justus Dóminus.

Ant. iv. toni iv.



Apud Dóminum. Ps. 129. De profúndis

clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem me-am :

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.



Ant. Apud Dóminum misericórdi-a : et copi-ó-sa apud



e-um redémpti-o.

Ant. v. toni viij.



De fructu. Ps. 131. Me-



ménto Dómine David, * et omnis mansu-etúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis